



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1589. usque ad annum 1595 - Una Cum Criticis R.P.
Honorati A S. Maria Carmel. Discalc. Observationibus In Historiam
Ecclesiasticam Abbatis Fleurii

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118669

§. 114. Fœderatorum libelli Parisiis suppressi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67252](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67252)

mitiis ab eisdem in præfata urbe celebratis nominabatur.

Sæcul. XVI.
A.C. 1594.

§. CXIV.

Fæderatorum libelli Parisiis suppressi.

Subjugata Parisiensi urbe Joannes Seguierus Parisiensis Prætor primas eocuras intendit, ut omnibus Bibliopoliis, urbisque Typographis ad ædes suas convocatis præciperet, quatenus omnes feditiosos, famososque libellos contra Regem nunc regnantem, ejusque Prædecessorem a fæderatis divulgatos suppresserent, ipsi vero deinceps ejusmodi scripta nullatenus typis ederent, mortis, bonorumque proscriptionis pœna constituta non modo illorum Auctori-
Thu. l. 109.
Spond. hoc
ann. n. 14.

bus, ac venditoribus, sed etiam omnibus, qui ejusmodi libellos penes se retinuerint; demum etiam de revocando Parisiensi Senatu actum, prius autem Petro Pitæo dabatur negotium, ut Curia archiva diligenter excuteret, & quicquid injuriosum, aut ad memoriam perniciosum per hæc bella decretum, scriptumve in iis reperiretur, seponeret, concerperetque, quod ille cum Guilielmo Vario, Senatus Consiliario, sedulo præstitit; insuper iisdem injunctum, ut ab Ecclesiis, conventibus, Monasteriis, Collegiis, Societatibus, aliisque locis publicis auferrent imagines, inscriptio-

BIBLIOPOLIS
URBISQUE
TYPOGRAPHIS
AD ÆDES SUAS
CONVOCATIS

Sæcul. XVI. **A.C. 1594.** scriptiones, aliaque monumenta, quibus eorum, quæ Parisiis, cum hæc Urbs in foederatorum arbitrio relinqueretur, gesta fuere, memoria conservari posset. Eadem etiam die Rex, cum tranquillitate potitus Metropolin suæ potestati subjectam, seque a suis subditis amatum, & honoratum cerneret, de illorum affectu confisus copias secum adductas urbe exire iussit, relictis duntaxat honorario satellitio.

§. CXV.

*Regis edictum pro restaurando Senatu
in Parisiensem favorem promulgatum.*

*Thuan. &
Coyet l. c.
Mem. de la
Lig. t. 6.
p. 80. & 92.*

Die vigesima octava Martii feria secunda Rex edictum, seu quamdam declarationem promulgari iussit, in qua fusius relatis omnibus, quæ gesta fuissent, præteriti delicti veniam Parisiensibus indulgit, omniaque eorum bona ærario regio adjudicata eis restituit, insuper cunctos privati pacti cum Brisfaco Comite, ut nuper memoravimus, initi, articulos ratos habuit. Eadem etiam die alio edicto ad Dovi, & Petri Amoii Consilarii sollicitationes Senatus, qui Parisiis remanserat, restaurabatur, quin adventus expectaretur illorum Senatorum, qui Turonibus, & Catalauni erant, quod tamen facinus

sanio-